



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. I. Quinam ob defectum natalium ab ordinibus, & beneficiis Ecclesiasticis  
repellantur?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

## T I T U L U S X V I I .

DE FILIIS PRESBYTERORUM ORDI-  
NANDIS, VEL NON:

§. I.

*Quinam ob defectum natalium ab  
ordinibus, & beneficiis Ecclesiasti-  
cis repellantur?*

**R**pelluntur ob defectum natalium filii Presbyterorum ( quos scilicet in Sacerdotio generuerunt ) & omnes alii illegitimi nati, non tantum spuri, sive ex nefario & damnato jure Civili coitu nati, sed qui ex simplici etiam fornicatione geniti fuerunt, quamvis occul-  
tus hic defectus sit ( nisi necessitas aliud urgeat ) ita ut nec ad minores, nec ad sacros ordines promoveri absque dispensatione possint, nec ad beneficia Ecclesiastica ( ob excellentiam scilicet statutis Clericallis, & dignitatem ordinum, ac beneficiorum Ecclesiasticorum) nisi Monachi siant, vel in alia Congregatione Canonica seu regulati vivant, prout habetur in c. i. b. t. c. l. eodem in 6. ( per professionem enim regularem aut ordinum dignitatem videtur corrigi illa macula saltem in ordine ad ordines, cum possint isti quidem sine dispensatione alia ad ordines etiam sacros promoveri, non tamen ad Praelaturas, aut alias dignitates, vel beneficia curam animarum habentia, sive extra sive intra ordinem ( c. final. b. t. ) vel nisi illi, qui ex simplici fornicatione geniti fuerunt, per subsequens inter patentes matrimonium fuerint legitimi-

mati, prout patet ex toto tit. I. s. decret. qui filii &c. Et quamvis qui ex conjugatis, quibus ob ordines a marito suscep-  
tos, aut professionem alterutrius reli-  
giosam, per quam tamen matrimonium non dissolvitur, illicita copula est, genera-  
turus, illegitimi non sint in ordine ad hæreditariam successionem, aut alia similia civilia jura filii legitimis competen-  
tia, in ordine tamen ad ordines, & be-  
neficia Ecclesiastica habentur irregula-  
res, ita ut sine dispensatione ad hac pro-  
moveri non possint, ob maculam & tur-  
pitudinem aliquam, ex incontinentia pa-  
rentum illis adhaerentem. De expositis  
infantibus dubitant aliqui, utrum tan-  
quam irregulares ab ordinibus, & bene-  
ficiis Ecclesiasticis repellantur: affirma-  
tiva & negativa assertio suos habet Pa-  
tronos, tum quod plerumque illi infan-  
tes taliter exponantur, qui illegitimè na-  
ti sunt, in obscuris autem inspicimus,  
quod plerumque fieri solet juxta regulam  
juris 114. ff. de regulis juris, tum quod  
in dubio temper benigniora sint praefe-  
renda juxta regulam ff. 56. præsertim  
cum in favo em prolis agitur.

\* \* \*

\* \* \*

\*

§. II. Quis